



**Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivis Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

L. Ne clerici vel monachi secularibus negotiis se immisceant.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

er est ob... etia, & ad res Ecclesiæ. §. Immunitas est 2  
dico. 18. privilegium, quo quis a necessitate munera  
dus ma... standi & onera subeundi eximitur: ut a  
niquitati tributis, aliisque exactiōibus præstandis.  
et... 3. Tot igitur sunt immunitatum genera, quot 3  
partim onera sive munera, a quibus obeundis li-  
beratio præstatur. §. Rursus alia est immu- 4  
nitatis personalis, quæ tribuitur personæ, ut  
clericis: alia realis, quæ tribuitur rei, ut Ec-  
clesiæ, cœmeterio, & rebus Ecclesiæ: de qua  
immunitate hic agitur. Realis appellatione  
etiam eam complector, quam alii localem  
vocant, veluti ne reus ex Ecclesia extraheatur.  
vij. q. 4. c. reum ad Ecclesiam. Satis dictum  
est de Ecclesiis.

L. Ne clerici vel monachi secularibus  
negotiis se immisceant.

Ex tribus, quæ initio tituli 38. proposui-  
mus, duo sunt absoluta, quæ tam ad cle-  
ricos quam ad monachos referuntur: suffi-  
cienter enim pro ratione nostri instituti egi-  
mus de jure Patronatus, & de Ecclesiis: tertii-  
um est, ut tam clerici quam monachia secu-  
laribus negotiis abstineant: sive haec laicis  
sint permissa, ut mercatura, conductio, pro-  
curatio, venatio: sive prohibita, ut alea  
& falsorum ponderum, vel falsarum  
mensurarum usus, c. 1.